

## Aduertencias para

Indos ad fidem Christi conuersos: quā etiam  
ad alios christicos ad dictum opus eosdem  
conconimitantes omnimodam auctoritatem  
Apostolicam, tanā quantam ipsi [& per eos  
deputati de fratribus suis] iudicauerint op-  
portunam, & expedientem pro conuersione  
dictorum Indorum & manutentione, ac pro  
fectu illorum infide Catholica, & obediētia  
Romane Ecclesie. Ex quibus verbis deduci-  
tur Provinciales Indianum Ordinum Men-  
dicantium posse absoluere fratres suos depu-  
tatos conuersioni Indorum, manutentioni, &  
instrutioni, ab omni censura Ecclesiastica,  
etiam si sit de Cœna Domini. Quod priuile-  
gium quantum ad forum conscientie, per  
Bullam de Cœna Domini minimē reuocatū  
esse cēset doctissimus frater Emanuel. Tom.  
1. qq. regul. art. 9. Tum quia Bulla Cœnæ  
Domini nō reuocat priuilegia iam semel cō-  
cessa, & ea præcipue, quæ concedunt aliqua,  
non obstante prædicta Bulla de Cœna Do-  
mini: cuiusmodi est priuilegium Adriani. 6.  
concessum ad instantiam Imperatoris Caroli  
5. Tum etiam quia processus Bullæ Cœnæ Do-  
mini minimē publicatur in Episcopatibus  
Indianum, quæ publicatio in unoquoque E-  
pis-